

✠
C O P I A

DE LAS LLETRES EXECUTORIALS DESPEDIDAS EN VIR-
tut de la Real Sentencia, y demes declaracions fetas, en la Cau-
sa olim vertent en la R. A. entre lo Syndich del molt Illustre Ca-
pitul de la Seu de Barcelona, y Doña Maria de Senmanat, y de
Peraportusa Viuda de vna, y lo Syndich, y singulars de la Uni-
versitat forana de la Vila de Terrassa, y altres de part altre, de
la qual era Actuari Jaume Bas.

JESU-CHRISTI, EJUSQUE INTEMERATÆ MATRIS VIRGINIS MARIÆ
nominibus humiliter Invocatis.



Xcellentissimus Dominus Locumtenens Generalis Cathaloniz;
Visa in primis supplicatione oblata per Bernardum Plans Syn-
dicum Capituli Canonorum, seu Administratorum Piæ Pau-
perum eleæmosinæ Sedis Barcinonæ, & procuratorem Nobilis
Mariæ de Senmanat, & de Peraportussa vigesima prima Fe-
bruarij millesimo sexcentesimo quadragesimo sexto, qua in ef-
fectu deducit, quod Capitulum Ecclesiæ Sedis Barcinonæ, vt administrator
Piæ eleæmosinæ dictæ Sedis, & Nobilis Maria de Senmanat, & de Perapor-
tusa Vidua relicta Nobilis Joannis de Senmanat sunt decimatores vniversa-
les totius decimæ, quæ recipiuntur de omnibus fructibus, qui colliguntur in
termino, & Parochia Terrasiæ, & ipsi, & non aliæ personæ recipiunt dictam
decimam, & in dicta portione esse decimatores vniversales existere, & ex-
istunt de decem viginti, triginta, quadraginta, quinquaginta, & centum an-
norum, & de tanto tempore, quod non est memoria hominum incontrarium,
nihilominus tamen Franciscus Pou Dominus, & possessor Mansi Sor, An-
tonius Moner, Salvator Bover, T. Solanas, Joannes Bover, Antonius Mas,
T. Duràn, & Montserrat T. agricultores termini Terrasiæ recusant sol-
vere decimam veremæ quarundam petiarum terræ vineæ plantatarum,
quæ antiquitus erant de pertinentijs dicti Mansi Sor, & similiter recusant
solvere alios fructus, qui colliguntur in dicto Manso Sor, & in alijs petijs
terræ, ideo & aliàs firmando jus, & de jure pro decem solidis in forma soli-
ta supplicarunt prædictos Protectores, & Nob. Mariam de Senmanat in dic-
ta pessione conservari debere declarari, & prædictos Pou, & alios con-
dempnari ad solvendum decimam dictæ veremæ, & aliorum fructuum collig-
endorum in dicto Manso Sor, & in terris illius, & pro his presentem
causam majorem tercentarum librarum, prætextu dictæ Piæ causæ, &
Viduitatis dictæ Senmanat ad R. A. evocari, & de litteris citatorijs provide-
ri, vt in dicta supplicatione latius continetur. Visa evocatione dictæ causæ
dicto die facta, litteris citatorijs in vim d. Provisionis expeditis, & in præ-
dicta præsentatione. Visa potestate dicti Bernardi Plans sibi attributa, & cõces-
sa per dictum Capitulum Canonorum Ecclesiæ Sedis Barcinonæ, seu Administra-
tores Piæ Pauperum eleæmosinæ dictæ Sedis. Visa supplicatione oblata per
Antonium Boxadell Syndicum Vniversitatis Villæ Terrasiæ decima tertia
Martij millesimo sexcentesimo quadragesimo sexto, qua se opponit in præsen-
ti causâ pro suo interesse. Visa sedula reproductionis, sive libelli, oblata per di-
ctum Plans dicto nomine vigesima secunda Martij millesimo sexcentesimo

A

qua-

2
quadragesimo sexto: Visis articulis oblati per dictum Plans dicto nomine vigesima septima Aprilis millesimo sexcentesimo quadragesimo sexto, cum eorum adveratione, & Plica testium extra Urbem receptorum super dictis articulis, & testium dictis, & depositionibus super illis receptis, & examinatis, in facie Processus confuta visis articulis oblati per dictum Anronium Boxadell dicto nomine septima Maij millesimo sexcentesimo quadragesimo sexto, cum eorum adveratione: Visis articulis secundo loco oblati per dictum Boxadell dicto nomine decima quinta Junij millesimo sexcentesimo quadragesimo sexto, cum eorum adveratione, & plica testium extra Urbem receptorum super dictis articulis, in facie presentis Processus confuta. Visa sedula oblata per dictum Bernardum Plans, dicto nomine, vna cum supplicatione vndecima Septembris millesimo sexcentesimo quadragesimo sexto, & contentis in ea, & actis & instrumentis cum dicta sedula productis, in facie Processus confutis. Viso instrumento Syndicatus dicti Antonij Boxadell sibi factum per Vniversitatem dictæ Villæ Terrassæ. Visa potestate dicti Bernardi Plans sibi facta per dictam Nobilem Mariam de Senmanat: Visis articulis oblati per dictum Antonium Boxadell Procuratorem Francisci Pou, & aliorum vndecima Februarij millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo, cum eorum adveratione: & visa plica testium, extra Urbem receptorum super dictis articulis in facie Processus confuta. Visa sedula oblata per dictum Plans d. nomine vigesima septima Februarij millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo: Visa sedula oblata per dictum Boxadell d. nomine decima quarta Martij millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo. Visa sedula per dictum Plans d. nomine vigesima Martij millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo, qua petit Processum portari, & denuntiari inter causas maiores. Visa alia sedula oblata per dictum Plans, dicto nomine vigesima septima Martij millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo, qua iterum petit Processum portari, & denuntiari. ~~Visa sedula per dictum~~ Boxadell dicto nomine oblata vigesima octava proximè dictorum Mensis, & anni. Visa sedula per dictum Plans dicto nomine trigesima Aprilis millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo, qua iterum petit Processum denuntiari. Visa sedula per dictum Boxadell dicto nomine oblata secunda Maij millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo, qua petit Processum communicari. Visa sedula per dictum Plans dicto nomine septima Maij millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo Visa potestate Francisci Pou, sibi facta per Antonium Moner, Montserratum Arch, Petrum Joannem Duran, Michaellem Torroella, Salvatorem Argelaguet, & alios cujus vigore fuit substitutus dictus Antonius Boxadell. Visa potestate dicti Boxadell, sibi facta per dictum Franciscum Pou, tam nomine suo proprio, & vt Procuratorem dicti Moner, & alio ũ. Visa supplicatione oblata per dictum Boxadell vti Syndicum dictæ Vniversitatis Villæ Terrassæ vigesima quarta Maij millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo, cum qua implorat beneficium restitutionis in integrum, eo quia dicta Vniversitas fuit læsa ob omittas probationes dictum beneficium sibi impartiri. Visa sedula oblata per dictum Plans, dicto nomine tertja Julij millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo: Visa sedula oblata per dictum Boxadell, dicto nomine vigesima secunda Augusti millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo. Visa sedula oblata per dictum Plans, dicto nomine dicta die vigesima secunda Augusti millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo. Visis articulis oblati per dictum Boxadell, dicto nomine vigesima Augusti millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo, cum eorum adveratione. Visa sedula oblata per dictum Plans, dicto nomine quarta Septembris millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo: Visa supplicatione oblata per dictum
tum

tum Boxadell dictis nominibus sexta Septembris millesimo sexcentesimo
 quadragesimo septimo, qua supplicat beneficium restitutionis in integrum
 sibi impartiri. Visa sedula per dictum Boxadell, dicto nomine decima tertia
 Septembris millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo: Cum qua fuit
 ei concessum dictum beneficium restitutionis in integrum. Visa sedula, vna
 cum supplicatione oblata per dictum Plans, dicto nomine decima octava
 Septembris millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo. Visa sedula
 per dictum Boxadell, dicto nomine vigesima dictionum Mensis, & Anni. Vi-
 sa sedula per dictum Plans, dicto nomine septima Octobris millesimo sex-
 centesimo quadragesimo septimo: Visa sedula per dictum Boxadell, dicto
 nomine oblata die octava proximè dictionum Mensis, & Anni: Visa sedula per
 dictum Boxadell, dicto nomine oblata duodecima dictionum Mensis, &
 Anni. Visa alia sedula per dictum Boxadell, dicto nomine oblata decima
 sexta dictionum Mensis, & Anni. Visa supplicatione oblata per Petrum Roca
 Syndicum Capituli Canonice Sedis Barcinonæ, & per Salva-
 torem Joannem Vilarò Procuratorem dictæ Nobilis Mariæ de Senmanat
 vigesima nona Novembris millesimo sexcentesimo quinquagesimo tertio,
 qua supplicant præsentem causam, quæ antea vertebatur in Audientia, ad
 Regiam Audientiam evocari, & committi alicui ex Magnificis, seu Nobili-
 bus Doctoribus dictæ Regiæ Audientiæ, qui de litteris citatorijs directis
 Francisco Pou, & alijs, ac Vniversitati foranæ Villæ Terrassiæ debite provi-
 deat: Visa evocatione dictæ causæ ad dictam Regiam Audientiam, & com-
 missione de eadem facta dicto die vigesima nona Novembris millesimo
 sexcentesimo quinquagesimo tertio Magnifico, & Dilecto Conciliario Re-
 gio Joanni Cellers V. I. & dictæ Audientiæ Doctori, & Provisione, quod
 expedirentur litteræ citatoriæ petitiæ: Visis dictis litteris citatorijs in vim
 dictæ Provisionis expeditis, cum earum debita præsentatione. Visa sedula
 reproductionis oblata per dictos Roca, & Vilarò, dictis nominibus deci-
 ma nona Decembris millesimo sexcentesimo quinquagesimo tertio: Visa
 sedula oblata per Franciscum Jover Syndicum Vniversitatis Villæ Terrassiæ
 decima nona Decembris millesimo sexcentesimo quinquagesimo tertio: qua
 comparet in præsentî Causa. Visa alia sedula oblata per dictum Franciscum
 Jover, Syndicum Vniversitatis foranæ Villæ Terrassiæ, dicta die decima no-
 na Decembris millesimo sexcentesimo quinquagesimo tertio: qua etiam
 comparuit in præsentî Causa: Visa commissione de præsentî Causa, facta
 per absentiam dicti Cellers Nobili Hieronymo de Codina, vigesima nona
 Aprilis millesimo sexcentesimo quinquagesimo quarto: Visa sedula per di-
 ctum Jover vii Syndicum dictæ Vniversitatis Villæ Terrassiæ, oblata quar-
 ta Maij millesimo sexcentesimo quinquagesimo quarto: & deductis, &
 contentis in ea, & deliberatione, cum dicta sedula producta, in facie pro-
 cessus inserta: Visa sedula per dictum Petrum Roca, & Salvatorem Joan-
 nem Vilarò, oblata decima quinta Maij millesimo sexcentesimo quinquæ-
 gesimo quarto, & deductis, & contentis in ea; Viso Syndicatu dicti Fran-
 cisci Jover, sibi facto per Vniversitatem Villæ Terrassiæ; Viso alio Syn-
 dicatu dicti Francisci Jover, sibi facto per Vniversitatem Villæ Terrassiæ
 foranæ; Visa sedula per dictum Jover, dicto nomine oblata vigesima sep-
 tima Maij millesimo sexcentesimo quinquagesimo quarto, qua petit Pro-
 cessum communicari; Visa sedula oblata per dictum Roca, & Vilarò dictis
 nominibus vigesima octava dictionum Mensis, & Anni; Visa sedula oblata
 per dictum Jover dicto nomine quinta Junij millesimo sexcentesimo quin-
 quagesimo quarto, & deductis, & contentis in ea. Visa sedula per dictum

4
Roca, & Vilarò dictis nominibus oblata octava Junij millesimo sexcentesimo quinquagesimo quarto, qua petit processum denuntiari. Visa sedula oblata per dictum Iover, uti procuratorem Iosephi Bonvilar, & Francisci Pou, duodecima Junij millesimo sexcentesimo quinquagesimo quarto, & contentis in ea. Visa potestate dicti Francisci Iover, sibi attributa, & concessa per dictum Iosephum Bonvilar, & Franciscum Pou. Visa sedula oblata per dictum Roca, & Vilarò, dicto nomine decima septima Junij millesimo sexcentesimo quinquagesimo quarto, qua iterum petit processum portari, & denuntiari: Visa sedula oblata per dictum Iover, dicto nomine vigesima Junij millesimo sexcentesimo quinquagesimo quarto: Visa sedula oblata per dictos Roca, & Vilarò, dicto nomine vigesima tertia Junij millesimo sexcentesimo quinquagesimo quarto: Visa sedula oblata vna cum supplicatione per dictum Iover, dicto nomine vigesima septima Junij millesimo sexcentesimo quinquagesimo quarto; Visa sedula per dictos Roca, & Vilarò, dicto nomine vigesima sexta Septembris millesimo sexcentesimo quinquagesimo quarto: Visa provisione denunciationi, processus facta decima quinta Octobris millesimo sexcentesimo quinquagesimo quarto, per dictum Magnificum Ioannem Cellers inter Causas maiores: Visa supplicatione per dictum Iover, Procuratorem dicti Bonvilar oblata decima nona Octobris millesimo sexcentesimo quinquagesimo quarto, qua supplicat contrario imperio à dicta provisione denunciationis processus; Visa sedula oblata per dictum Iover, dicto nomine tertia Novembris millesimo sexcentesimo quinquagesimo quarto, qua renuntiat dictæ supplicationi contrarij imperij; Visa Commissione de præsentis causa facta per absentiam dicti de Cellers, Magnif. Francisco Llunes V. I. & dictæ Regiæ Audientiæ D. decima nona Novembris millesimo sexcentesimo quinquagesimo quarto: ~~Visa assignatione ad Sententiam facta die decima quinta Februarij millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto, ad diem venetis tunc proximè, cum sequentium continuatione, ad quam iterum ad cauthelam diem, & horam præsentem assignat.~~ Visa sedula per dictum Iover, dicto nomine oblata vigesima septima Februarij millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto: Visa sedula per dictum Petrum Roca, dicto nomine oblata tertij Martij millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto: Visis articulis oblati, per dictum Iover dicto nomine octava Martij millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto, cum eorum adversatione: Visa sedula per dictum Roca, & Vilarò, dicto nomine oblata decima sexta Martij millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto, & deductis, & contentis in ea. Visa commissione de præsentis causa facta per absentiam dicti de Cellers, Nobili Michaeli de Cortiada decima octava Martij millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto: Visa sedula per dictum Iover, dicto nomine oblata octava Aprilis millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto: Visa sedula per dictum Roca, & Vilarò, dicto nomine nona Aprilis millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto: Visa cartello directo Iosepho Payssa Nort. ad instantiam dicti Iover expedito: Visa sedula per dictum Iover, dicto nomine oblata vigesima prima Aprilis millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto: Visa sedula per dictum Roca, & Vilarò, dicto nomine oblata vigesima Aprilis millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto: Visa supplicatione oblata, per dictum Iover dicto nomine quinta Maij millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto: & contentis in ea; Visis pluribus sedulis, articulis, actis, & instrumentis, ac responsionibus personalibus, per partes respecti-

pective sub diversis chalendarijs oblati; productis, & factis; ac plicis, testium in facie processus confutis, & signanter visa commissione de præfenti causa facta ob promotionem dicti de Cellers, Magnifico, & dilecto, Conciliario Regio Raphaeli Villosa V. I. & R. Audientiæ Doctori Relatori infra scripto tertio Novembris millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto: Viso denique toto præfenti processu, & videndis ex cõ Visis, meritis processus attentis, & alias sacro Sanctis Dei quatuor Evangelijs coram sua Excell. positis, & illis reverenter inspectis, ut de divino vultu iustum, & rectum procedat iudicium, sua Excell. insequendo conclusionem in R. Audientia factam, sententiat, pronuntiat, & declarat in modum sequentem.

Attento ex depositionibus testium ministratorum constat, Administratorem, seu Procuratores Piæ Pauperum eleemosinæ Ecclesiæ Sedis Barcinonæ, & Nobilem Mariam de Senmanat, & Peraportusa viduam relictam Nob. Joannis de Senmanat vti usufructuatiam hereditatis, & bonorum, quæ fuerunt dicti quondam viti sui, pro vt ex testamento ipsius recepto, & testificato penes Joannem Hieronymum Talavera Nott publ. Barcinonæ die nona mensis Maij millesimo sexcentesimo quadragesimo quarto apparet, solitos esse percipere, & in possessione longinqua, seu quasi exitisse, & existere percipiendi decimam Regalem, & universalem de omnibus fructibus, qui colliguntur in termino Villæ Terrassæ, & in Parochijs illius: Attento etiam constat Syndicum Universitatis Villæ Terrassæ contententem dictam Universitatem esse decimatorem universalem dicti termini, in vim emptionis factæ à Nob. Josepho de Tormo, & Vilademany Castri Terrassæ, & Jurium illius confessum fuisse sedulis oblati die quarta Maij millesimo sexcentesimo quinquagesimo quarto: & vigesima nona ~~Ocrobris millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto~~, prævia deliberatione Consilij Generalis dictæ Villæ, cum speciali facultate ad id constitutum, non esse Universitatem dictæ Villæ decimatorem universalem, sed potius dictam Piam eleemosinam, & Nobilem Mariam de Senmanat, & contentari, quod eam recipiant in omnibus fructibus, qui colliguntur in dicto termino, exceptis petijs terræ, quæ sunt sub alodio, & directo dominio dictæ Universitatis, ratione emptionis dicti Castri à dicto Tormo, ut latius in dicta sedula continetur, ad quam fit relatio, & sub hac conditione dictus Syndicus nomine prædicto Causæ, liti, & oppositioni suæ renuntiavit, quant renuntiationem constat fuisse per Actores acceptatam, & causam solummodo oprocecutam, contra quosdam particulares, cui liti se opposuit Syndicus Universitatis foraneæ dictæ Villæ, & dictorum particularium defensionem assumpsit, sedula oblata die decima nona Decembris millesimo sexcentesimo quinquagesimo tertio. Constat etiam dictos Protectores, & Nob. de Senmanat, supplicatione oblata die prima Junij millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto petijse declarari, solummodo esse decimatorem universales dictarum Parochiarum dicti termini Terrassæ, videlicet Sancti Petri & Sancti Juliani de Altura: Constat etiam dictos Protectores Piæ eleemosinæ, & Nob. Mariam de Senmanat eadem supplicatione abita prima Junij proxime præteriti confessos fuisse se dictam decimam Regalem, & universalem solitos esse recipere in prædictis Parochijs termini Terrassæ, una cum Priore Ecclesiæ dictæ Villæ, & eam solitam dividi inter ipsos decimatorem modo, & forma contentis in quodam instrumento venditionis per serenissimum Regem Petrum, hujus nominis testium, factæ quarto idus Aprilis millesimo tercentesimo quadragesimo tertio, recepto, & testificato penes Gulielmum

6
Helmum Turrellum auctoritate Regia Nott. publ. Barcinonæ, de quo fidem facit Henricus Coll, etiam Nott. publ. Barcinonæ Scriba Capituli Ecclesiæ dictæ Civitatis, & ea ratione regens, & claudens scripturas in Archivo publico dictæ Ecclesiæ repertas, quo instrumento, constat Serenissimum Regem Petrum tertium vendidisse Ferrario de Canet totam partem, & totum jus, quam, & quod, vna cum Blanca de Calderijs, & Priore Ecclesiæ dictæ Villæ Terrassæ habebat, & habere debebat, & ad ipsum spectabat, tam de Jure Patrimoniali, quam fiscali, & Regali, aut alio quocumque modo, & causa, in toto decimo ipsorum Castri, & Villæ Terrassæ, & terminorum suorum in omnibus fructibus, modo, & forma in dicto instrumento latius designatis, quo instrumento corroborata manet longinqua possessio, in qua reperiuntur Actores in præsentis Causa, exigendi, & recipiendi vniuersaliter decimam Regalem in dictis Parochiis Villæ Terrassæ. Attento non constat de exemptione non solvendi decimam, præsertim per Franciscum Pou, & alios de terris sitis in Manso Sor; imò ex testium depositionibus apparet dictos Protectores, & Nobil. Mariam de Senmanat esse in possessione recipiendi decimam ex fructibus, qui colliguntur in terris sitis in dicto Manso Sor, ex quibus constat de intentione dictorum Agentium, quæ per allegata per adversantes non remanet elisa: maximè cum non constat de contradictione alicujus decimatoris, decimam contendentis, sed contra singulares decimam solvere recusantes nullo eis suffragante jure. His igitur, & alijs meritis Processus attentis, & alijs, sua Excellentia, dictam insequendo conclusionem in Regia Audientia factam sententiat, pronuntiat, & declarat dictum Syndicum Vniuersitatis forane Villæ Terrassæ, & singulares illius, condemnandos fore, & esse, pro vt cum præsentis condemnat, ad solvendum dictis Protectoribus, seu Administratoribus Piæ Pauperum elemosinæ Sedis Barcinonæ, & Nobili Mariæ de ~~Cymmanat~~ dicto nomine, vti decimatoribus vniuersalibus, vna cum Priore Terrassæ, decimam omnium fructuum à die litis motæ collectorum, & in futurum colligendorum in prædijs sitis in dictis duabus Parochiis Sancti Petri Terrassæ, & Sancti Juliani de Altura termini Terrassæ, dividendam modo, & forma in dicto instrumento venditionis, per Serenissimum Regem Petrum factæ contentis, ejusdemquæ decimæ liquidatione in decreto executionis, vel alia ulteriori liquidatione reservata: Hoc tamen intellecto, & declarato, quod nullum fiat præjudicium illis, quos in actu executionis præsentis Sententiæ confiterit decimas percepisse, seu percipere consuevisse, neutram partem in expensis condemnat, sed pro bis fractis solitam executionem sua Excellentia fieri mandat.

VI. VILOSSA.

Lata per Reverendum Cancellarium, & per me dictum Franciscum Pasqual, & Cadell S. C. & R. Magistratus mandati Scribam, Barcinonæ populatum, die sexta Julij millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto, instante Petro Roca, & Salvatore Vilarò, nominibus quibus supra, præsentibus pro testibus, Hyacintho Vilasis Virgario, & Jacobo Bas Notario:

Quæ quidem Regia Sententia fuit intimata, & notificata dicto Francisco Jover dictis respectivè nominibus, prædictis die, & anno personaliter reperio intus undecimam, & duodecimam horas ante meridiem, per dictum Augustinum Clausades Regium Portarium, sic referentem, &c.

Phi.

Philippus Dei Gratia Rex Castellæ Aragonum, &c. Comes Barci-
nonæ, &c.

FRANCISCUS de Orofco, & Ribera Marchio de Olias, Mortara, & Sarreal Cubicularius suæ Magestatis, Commendator de la Oliva, Ordinis Sancti Jacobi de Spata, à Concilio Supremo belli suæ Magestatis, ejusque Locumtenens, & Capitaneus Generalis in Principatu Cathalonæ, Comitatusque Rossilionis, & Ceritanæ, Dilectis, & fidelibus Regijs Univerſis, & singulis Officialibus, tam Regijs, quam alijs, ad quos spectet, præsentisque pervenerint, seu fuerint quomodolibet præsentatæ, aut de subscriptis extiterint requisiti, ipsorumque officialium locatenen. præsentibus, & futuris salutem, & dilectionem. In causa seu questione, quæ in Regia ducta extitit Audientia, sub examine Magnifici, & D. C. R. Raphaelis Viloffa V. I. & dictæ Regiæ Audientiæ Doctoris, inter Protectores Piæ eleemosinæ Ecclesiæ Sædis Barcinonæ, & Nob. Mariam de Senmanat, & de Peraportussa, viduam relictam Nob. D. Joannis de Senmanat, ex una, & Syndicum Univerſitatis foranæ Villæ Terrassiæ, & Particulares prædictæ Villæ, & territorij Terrassiæ foranæ, ex altera partibus, Causis, & rationibus in processu dictæ Causæ deductis, & contentis: Die sexta mensis Julij proxime elapsi, legitimo præheunte processu, dictoque Magnifico Relatore refferente, fuit lata, & promulgata Regia Sententia, in favorem dictorum Protectorum Piæ Pauperum eleemosinæ Sædis Barcinonæ, & Nobilis Mariæ de Senmanat, & contra dictum Syndicum prædictæ Univerſitatis foranæ Villæ Terrassiæ, & singularium termini illius: Deinde vero die septima mensis Octobris proxime dimissi, eodem Magnifico Relatore refferente, dictorumque legitimo præheunte processu, cum pro parte dictorum Protectorum, & Nobilis Mariæ de Senmanat ~~instaretur executio dictæ Regiæ Sententiæ~~: Visa commissione alteri ex Virgarijs Regiæ Audientiæ facta, ut dictam Regiam Sententiam de Concilio dicti Magnifici Relatoris exequeretur, soluto jure sigilli, exhibendo cautionem, & quia à dicta Regia Sententia fuit in forma supplicatum. Visa dicta cautione præstita per Petrum Rocca procuratorem dictorum Protectorum, & Salvatorem Joannem Vilardò Procuratorem dictæ de Senmanat, quæ impugnata non fuit. Visis alijs videndis, meritis processus attentis, & alias, provisum fuit, quod fieret executio dictæ Regiæ Sententiæ, juxta illius seriem, & tenorem, soluto prius jure sigilli, & juris ordine inexequendo servato, & fierent pro his litteræ exequorales, & aliæ provisiones oportunæ, juxta stylum, non obstantibus in contrarium deductis. Et licet pro parte dictæ Univerſitatis foranæ, Terrassiæ, & Particularium illius, à dicta Regia decreti executionis provisione contratio imperio, & in forma respective supplicatum fuisset tandem cum sedula in dicta causa pro parte dictæ Univerſitatis foranæ, & dictorum Particularium die vigesima quarta dicti mensis Octobris oblata renuntiarunt respective, in dictis causis supplicationum contrarij imperij, & informa, pro ut latius in dictis, & præchalendatis Regia Sententia, & decreti executionis provisione, & Sedulis continetur, ad quas nos refferimus; Et quia parum prodesset sententias ferri, & provisiones fieri, nisi illarum debita sequeretur executio: Id circo Procuratoribus legitimis dictorum Protectorum, & dictæ Nobilis Mariæ de Senmanat nobis humiliter supplicantibus, tenore præsentium, ad poenam florennorum auri Aragonum quingentorum Regij inferendorum erarijs, vobis dicimus, committimus, & mandamus scienter, & expresse, quatenus instati, & requisiti pro parte dictorum Protectorum Piæ Pauperum eleemosinæ Ecclesiæ

8
clesiæ Sedis Barcinonæ, & dictæ Nobilis Mariæ de Senmanat supra cha-
lendaras Regias Sententiam, & provisionem decreti executionis, & om-
nia, & singula in eis, & earum qualibet contenta exequamini, & com-
pleatis, seu exequi, & compleri faciatis, & mandetis per quoscunque, o-
peris per effectum juxta illarum, & cujuslibet earum seriem, & teno-
rem, nec non etiam executionem promptam faciatis, seu fieri faciatis, &
mandetis, in bonis dictæ Universitatis foranæ Villæ Terrassæ, & in bo-
nis Particularium prædictæ Universitatis, pro expensis factis in extrac-
tione dictæ Regiæ Sententiæ, & expeditione præsentium nostrarum lit-
terarum executorialium, & pro alijs expensis juste faciendis, juris ordi-
ne in exequendo servato, & cavete secus agere, fierive permittere, si
gratiam Regiam charam habetis, & præappositam cupitis evitare poenam.
Datt. Barcinonæ die decima mensis Novembris anno à Nativitate Do-
mini millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto.

Ita approbat Regis Scriba mandati infrascriptus.

*Copia hujusmodi in his octo papiri foliis præsentis comprehenso, quæ ex-
tracta fuit à suo originali Processu, olim in Regia Audientia vertente, sub
examine Nob. Raphaelis de Viloffa dictæ R. Audientia D. quondam, inter
Syndicum Capituli Sedis Barcinonæ, & Nob. Mariam de Senmanat, ex una,
& Syndicum Universitatis Terrassæ, ex altera partibus, & fideliter com-
probata, per Franciscum Rossines, Not. publ. de Collegio Nott. Reginarum
Barcinonæ, vti tenentem Scripturas quond. Jacobi Bas Nott. ejusdem Colle-
gij, & ut fides plenissima adhibeatur, ego Stephanus Galceran S. C. C. Re-
gis Magestatis mandati Scriba hic me subscribo die xxvi. Septembris M DCCxii.
& mecum solitum appono SIG. NVM.*